





Q. D. B. V. 1710 179 21
DISPUTATIONEM JURIDICAM
THEORETICO-PRÆCTICAM 37
DE

COMPENSATIONE
CESSIONARII POSTE-
RIORIS CUM PRIORI,
PRÆSCITU SUPERIORUM

SUB PRÆSIDIO

DOMINI
CHRISTOPH. SCHREITERI,
J. U. D. FACULTATIS JURIDICÆ
ASSESSORIS, ACADEMIÆ SYNDICI ET P.P.
LONGE MERITISSIMI, &c.

PATRONI ET FAUTORIS SUI
HONORATISSIMI,
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTET

d. XIII. NOV. MDCCX.

BERNHARDUS KLEPPERBEIN,
ADVOC. IMMATRIC.

LIPSIÆ.
LITERIS IMMANUELIS TITIL.

7

DOMINO
DN. ERNESTO HOERNIG,
HEREDITARIO IN HILMERSDORFF,
STRECKENWALDE, OBERSCHMIDEBERG
ET TANNENBERG,


D. AUGUSTI,
SERENISSIMI DUCIS SAXONLÆ
VENATORI AULICO,

SOCERO SUO VENERANDO

HAS PAGELLAS

OBSERVANTIÆ ERGO DICAT

BERNHARDUS KLEPPERBEIN.



Ateriam compensationum atque
cessionum in Praxi fere quotidiana
esse, quilibet Advocatorum
facile largietur. Et quamvis mul-
ti celeberrimi autores utramque
doctrinam copiosis commentariis
sint persecuti; incidi tamen in ca-
sum, quem non ita multi, inter
quos est LAUTERBACHIUS *Comp. ff. p. 272.* attinge-
runt. Cumque is secundum laudatissimi Jcti sententiam
per tres conformes sententias in prima & secunda Instantia
in Actis F. B. C. heredum contra D. J. F. S. coram
Concilio Academico Lipsiensi An. 1706. ventilari coeptis, vbi
rei partes defendi, fuerit haecenus decifus, occasionem ex
hac forensi disceptatione conscribendi disputationem Aca-
demicam arripui. Methodus erit haec, vt Cap. I. Theo-
riam huius quaestionis de Compensatione Cessionarii poste-
rioris cum priori considerem & Capite II. Praxin adiungam,
& quam secutus haecenus sum in studio iuridico versandi
rationem, sequar etiam in ordine disputandi. Faxit Deus,
cuius opem gratiamque humillimè invoco,
feliciter!

SUMMARIA

Cap. I. Theoriam exhibentis.

- §. 1. Terminorum explicatio necessaria.
- §. 2. Compensationis definitio.
- §. 3. Definitionis expositio, quoad genus: objectum (ubi cautela contra Sctum Macedonianum) modum sc. ipso iure: requisita: formam.
- §. 4. Cessionarius a cessione: quæ definitur: explicatur per requisitum: effectum: qui practicè dominium actionis cessa est.
- §. 5. Ex duobus cessionariis vnius creditoris vter præferatur: rationes pro priori.
- §. 6. Rationes pro posteriori.
- §. 7. Ad has respondetur: allegatis in fine autoribus dissidentibus.
- §. 8. Transitio ad Thematis presentis casum de duobus Cessionariis diversorum creditorum.
- §. 9. Rationes pro Cessionario priori.
- §. 10. Rationes pro Posteriori, &
- §. 11. Refutatio rationum pro priori.

Cap. II. Praxin sistentis.

- §. 1. Formula libelli actionis ex iure cesso.
- §. 2. Exceptionis compensationis formula.
- §. 3. Duplica Actoris de cessione antiquiori.
- §. 4. Triplica rei de certioratione deficiente.
- §. 5. Sententia definitiva sub limitatione conditionali.
- §. 6. Observ. 1. Cessionarium vel ex iure cesso posse agere, vel ex mandato, ubi duplex cautela.

- §. 7. *Observ. 2. Denunciationem requiri ad excludendas exceptiones post cessionem natas.*
- §. 8. *Observ. 3. Distinctionem actionis directæ & utilis in Praxi cessionario non prodesse.*
- §. 9. *Observ. 4. Exceptiones peremptorias in Processu executivo demum post recognitionem admitti.*
- §. 10. *Observ. 5. Indossementum recte vocari Cessionem, nec tamen solennia requirere.*
- §. 11. *Observ. 6. Iuramentum necessarium in Processu executivo habere locum super ignorantia Cessionis.*
- §. 12. *Observ. 7. Fundamentum decidende controversie inter concurrentes duos cessionarios in scientia debitoris situm esse.*
- §. 13. *Observ. 8. Sententiis conditionalibus definitivam subnecti statim eodem tenore iustum esse.*
- §. 14. *Observ. 9. Ea, quæ ex æquitate in utramque partem disputantur, in ius certum ex legislatoria potestate redigenda esse.*



CAPUT I.

De Theoria huius thematis.

§. 1.

Terminorum
Explicatio ne-
cessaria.



Omina significandarum rerum causa cum re-
perta sint, in notitiam earum & intelligen-
tiam citra vocabulorum evolutionem perve-
nire vix licet. Quamobrem Voces, quæ in
fronte disputationis conspiciuntur, paululum explicabimus,
antequam ipsam rem aggrediamur.

§. 2.

Compensatio-
nis definitio.

Compensationis vocabulum primo se loco in Themate
præsenti offert. Omissâ inpræsentiarum Etymologia atque
Homonymia (quam utramque tradit *Colleg. Jurid. Argent.
de Compens. §. 2.*) cum illa parum lucis quæstioni nostræ affe-
rat, hæc vero per definitionem realem ultro removeatur, vo-
cem compensationis ex sua essentia & natura exponemus.
Compensatio ergo est modus tollendi obligationem ipso iure
per mutuam debiti mutui subductionem.

§. 3.

Definitionis
expositio
quoad
1.) genus.
a.) objectum.

Modus tollendi obligationem non immerito appella-
tur compensatio, cum in illorum classe a Justiniano §. 30. *Inst.
de Act.* haud obscure collocetur. Obligationem vero com-
pensatio dissolvit etiamsi ipsa ex iure naturali *L. 6. ff. de Com-
pensat.* saltem veniat. Quamvis enim ex naturali debito non
detur actio, datur tamen *l. 7. §. 4. ff. de Pact.* exceptio, cuius mo-
di etiam est compensatio. *Lauterb. de Oblig. & Act. p. 620. Ex-
cell. Dn. D. Mencken. ff. eod. pag. 579. f.* Cautela hinc insignis
pro Creditore filii familias fluit, ne SCti Macedoniani rigor
credi-

Contra SCtum
Macedonia-

creditori noceat. Nam si creditor curet se constitui istius fi-
 -lii familias, cui pecuniam mutuo dedit, ad certam summam num Cautela.
 debitorem, atque hic filius familias hanc summam actione in-
 -stituta petat, nocebit ei exceptio compensationis tanquam
 naturaliter obligato & replicatio Scti Macedoniani, naturalem
 obligationem nequaquam extingventis, nihil proderit actori
Eck. ff. de Compensat. §. 2. in fine. Schwäpf. de Compensat. n.
10. Nec dubium est etiam obligationem civilem & naturalem
 simul compensando consumi, cum compensatio iure civili ob
 manifestissimam æquitatem *L. 18. pr. ff. de Compensat.* confir-
 -mata & recepta sit. *tot. tit. ff. & Cod. de Compensat. Colleg. Iurid.*
Argent. eod. §. 3. Dicitur autem ipso iure *L. 4. L. 10. & l. 21. 3. modum.*
de Compensat. L. 4. f. C. eod. obligationem compensatio tol-
 -lere, non saltem quoniam sine facto ulteriori iudicis vel rei
 aut actoris ab initio statim, quam primum debitum emergit
 mutuum, liberationem operatur, verum etiam quod ipso iu-
 -re civili ita constitutum sit. Utamque enim significatio-
 -nem habet phrasis, ipso iure *Dn. D. Preibis. Disputat. inaug.*
Erffurti An. 1706. habit. de eo, quod ipso iure fit, §. 2. sequ. & §.
33. seqq. quarum neutra ab hoc loco aliena, quamvis prior huc
 potissimum spectet. *Excell. Dn. D. Titius ad Lauterb. Observ.*
448. pr. Schrag. ff. de Compensat. §. 8. & 9. vid. omnino distin-
 -ctissime significatus & effectus huius phrasis explicantem
Dn. Præsid. Disputat. iur. Compensat. inter res div. gen. sit admitt.
Lips. 1695. hab. §. 32. Requiritur autem mutuum debitum 4. Requisita.
 inter easdem personas *L. 2. ff. de Compensat. L. 4. Cod. eod.*
 generale & purum atque liquidum. *Lauterb. ff. de Compensat.*
p. 272. sequ. Quodsi adfuerit, reciproca subductione & subpu- formam.
 -ratione utrumque perimitur, vel, ut *l. 1. ff. de Compensat.* lo-
 -quitur, contributione, non obstante, quod contribuendi vo-
 -cabulum ad augmentum spectet, non ad dissolutionem:

S. bra-

Schragius vero ad *ff. de Compensat. §. 2.* mavult vocabulum æquationis: deductionis verbum placet Jcto in *L. 24. §. 6. ff. solut. matrim.*

§. 4.

Cessionarius excipit vocem Compensationis. Dicitur autem Cessionarius a Cessione, quæ describi potest actus, quo quis actiones sibi competentes ex iusto titulo in alium acceptantem transfert. Apparet inde, quod cessionem iustus aliquis titulus præcedere debeat. Aliquando venditio, aliquando donatio, aut alius quicumque titulus ad dominium in rebus corporalibus aliàs transferendum habilis. *Johan. Philip. ad Decif. Elect. 28. observ. I. n. 7.* An verò etiam oppignoratio? ita statuit *Lenz. de action. cess. cap. 22. n. 13. & cap. 28. m. 2. n. 22. propter L. 4. C. que res pignor. oblig. poss. l. 7. C. de H. vel A. V.* Sed quamvis ultimatò eiusmodi hypothecario ex nomine pignorato æque satisfiat ac ex cesso; per l. cit. tamen modus procedendi in actione oppignorata, quam cessa, alius est. Ipsa vero traditio nominis per cessionem contingit, quæ procurator in rem suam *L. 8. C. de hered. & act. vendit. l. 34. ff. de Procurat. l. 9. C. de hered. vel act. vendit.* non autem dominus actionis vel rerum obligatarum cessionarius constituitur *Lauterb. Comp. ff. de H. vel A. V. p. 332. m.* quamvis id affectare soleant per formulam Practicorum: *will Thyme meine wieder Mavium habende Forderung cum actione directâ & vtili atque hypotheca &c. dergestalt ceditet und abgetreten haben/dasß er solche zur Güthe und Recht einhebe und darmit alsß mit seinem wohlverlangten Eigenthum schalte und waste.* Nam licet in aliis rebus per traditionem ex titulo habili factam dominium transferatur, tamen idem in actionibus per cessionem, quæ alias traditioni æquiparatur *L. 4. C. de H. vel A. V. Lauterb. p. 329. pr. transmitti in cession-*

Cessionis 1. de-
finitio

2. requisitum

3. effectum

cessionarium iura noluerunt. *d. l. 8. C. de H. vel A. V. Lauterbach. ff. eod. p. 332. m.* est tamen hic distinguendum inter dominium actionis & dominium rerum actione persequendarum. Posterius dominium aut ius reale sola actionis venditione non transit, quem in finem est textus clarus in *L. 6. C. de H. vel A. V.* licet iam ante illam Alexandri Constitutionem ex Rescripto D. Pii emtor sine cessione habuerit, actionis viles proprio nomine exercendas *L. 1. §. 13. de tut. & rat. distr. L. 2. C. de O. & A.* vnde nec actione reali cessã dominium rerum transfertur *Lenz de act. cess. cap. 14. memb. 1. n. 21.* nisi traditio rei vel apprehensio possessionis accedat, *Lenz. l. c.* Certi enim tantum modi acquirendi dominium rerum corporalium aut ius in illis reale legibus sunt constituti, inter quos Cessio sola nuspiam, quod meminerim, refertur. Quomodo ergo libellus in actione reali cessã, ne forte cessionarius se dominum dicat, formandus, docet *Lenz. d. tr. c. 27. m. 1. n. 17. seq.* Dominium actionis, quod attinet, distinguunt inter actionem directam & vtilem. Actio directa ossibus Venditoris inhæret, inde cessione eam non transferri statuit *Lenz. d. tr. c. 27. m. 1. n. 1. & 13.* nisi mandetur & ex persona Mandantis instituat. *Lenz. c. 28. m. 1.* Huius ergo dominium acquiri nequit, bene tamen utilis actionis *l. 4. l. 8. C. de H. vel A. V.* hanc enim suo iure habet *d. l. 4. in fin.* quamvis si naturalem rationem sequamur, nihil maneat penes cedentem, & quicquid ante cessionem poterat dici de creditore, possit etiam dici post cessionem de Cessionario, inde quibusdam in locis nulla penes cedentem manet actio, *Lauterbach. p. 332. pr. m. Dn. Stryk. ibid. p. 538. verb. manet act.* Et pro vero iuris domino Cessionarium in effectu habere non veretur *Job. Philipp. ad Decis. Elect. 28. Observ. 1. n. 8.* itemque *Disput. de Act. direct. & utili ac contrar. sub presid. D. Sriesen Jene 1706. habita cap. 1. t. bes. 15. p. 23.* allegata *l. f. C. de hered. vel act. vend.*

§. 5.

ex duobus
Cessionariis
unius Credi-
toris uter
præferatur?

Rationes pro
priori.

Quis posterior, quis prior Cessionarius dicatur, per se liquet, nec interpretatione res clara indiget. Id saltem monuisse liceat, non intelligi hic duos cessionarios huius creditoris, sed diversorum. Quoniam tamen in huius casus mentionem incidimus, materiaque est cognata, quædam ex utraque parte argumenta subiiciemus. Et quidem pro priori cessionario prius facere libeat verba. Hic videtur omne ius cedentis perfecte acquisivisse prævia emtione & subsecuta cessione nominis. Quid enim est amplius in Creditore cedente, quod præstare Cessionario possit? vendidit actionem, tradidit actionem, quid ergo dabit dein hic Creditor Cessionario posteriori, cum nihil amplius penes illum sit, quod vel cessionario priori tribuere valeat. Quodsi cessio in rebus incorporalibus est id, quod traditio in rebus corporalibus, hæc autem prævio titulo habili dominium rei transferat, nihil prohibet, quo minus eadem præcedente, idonea causa dominium transferat, quantum ad cedentem, quantum ad tertium pertinet. Nam quod Creditor a debitore cesso possit pecuniam exigere, eum liberare, cum ipso transigere *L. 3. C. de novat. l. ff. de Transact.* tantummodo in favorem debitoris, licitè factum alienum cessionemque ignorantis est constitutum & in odium negligentæ Cessionarii, qui cessionem factam debitori non denunciavit, cum sciverit, quis ille sit, cui denunciare possit. Hoc vero cessat in extraneo. Quomodo enim cessionarius scire potuit, cui creditor sit contra bonam fidem nomen iam ipsi cessum ulterius cessurus? cui denunciare debuit, ne hoc nomen, semel ipsi cessum, emat. Accedit quod is, cui verus dominus rem corporalem vendidit & tradidit, præferatur ei, qui ab eodem domino postea eandem rem com-
para-



paravit & accepit. Sicuti enim ab ipso venditore hic novus dominus potuisset rem semel acquisitam vindicare, quidni ab illo, cui iste olim venditor eandem postea dedit. Et prout Cessionarius à cedente repetit, quod a debitore cesso accepit *L. 23. pr. & §. 1. ff. de H. & A. V.* cur non item à posteriori cessionario, cui non maiorem potuit securitatem subdolosus iste cedens tribuere, quam ipse habet. Nomen actionis si aliud deficiat, condictio sine causa vel ex *L. 32. ff. de Reb. Cred.* in auxilium vocari poterit. Si ergo fortasse posterior Cessionarius à debitore cesso, qui antecedentem cessionem ignorabat, nomen exegerit, meritò pecuniam remque acceptam cessionario priori reddere tenetur, quippe quum rem alienam acceperit, ad cuius restitutionem omni iure obstringitur, idque etiamsi nesciverit idem ius fuisse ab eodem autore iam antea alii cessum. Neque enim alterius ignorantia alterius ius perfecte quassitum valet intervertere, & quantumvis bonae fidei magna merito sit vis & efficacia, tanta tamen nequaquam esse deprehenditur, ut per eam is, qui ius antiquius habet à suo iure excludatur *L. ff. de Public. in rem act.* Multo magis vero dicta obtinent, si posterior Cessionarius non ignarus fuit cessionis anterioris. Ita enim in dolo versatur, qui doloso non debet esse lucrosus *L. 1. pr. ff. de dolo malo*, ne homines ad calliditatem & fraudes cum magna aliorum læsione & inde subsequutura socialitatis tranquillæ turbatione, spe impii lucri, invitentur.

§. 6.

Nec obstare quicquam quis putaverit, quod cessionarius prior nec dominus actionis sit factus nec ipsius rei, quae actione cessa peti poterat. Hinc occupantis & pravenientis conditionem esse meliorem, maxime cum damnum sua culpa sentiat, sibi imputaturus, quod debitori cesso cessionem

noque est la
sunt

Rationes pro
posteriori.

nem factam tempestive non significaverit *arg. l. 28. §. 1. in f. ff. ad L. Aquil.* quamvis & dici possit, nullam hunc cessionarium morosum iacturam pati, salva quippe ei actione contra Creditorem cedentem, quem ex conventionem cessionem precedente, itemque ex dolo obligatum habet,

§. 7.

ad has respon-
detur.

Nam poterit Cessionarius prior replicare, primo quidem quod Dominium actionis non frustrancis argumentis cessionario asseratur, cum L. 23. pr. expresse dicatur, venditorem actionis omne ius, quod ex ea causa ipsi competit, cedere debere: iam vero Dominium actionis Creditori sine dubio competiit, aut si terminus displiceat, sane actio vendita tam efficaciter competiit creditori ante cessionem, ut quicquid ex ista causa debitum alius exegerit aut acceperit, id creditori sit restituendum; hoc ergo jus repetendi exacta a debitore cesso, per cessionem in cessionarium priorem iidem translatum esse necesse est. Satis ergo recte *Excell. Dn. D. Titius ad Lauterbach. Observ. 534.* dominium creditoris in ordine ad emtorem improbat & contra cessionario dominium vel jus plenum actionis asserit, quod sane cessionario priori idem tribuit, quod tribueret dominium actionis. Nam si actio cessa pleno iure, omni iure ad cessionarium priorem pertinet, quomodo hoc invito ad cessionarium posteriorem ullo iure pervenire potest? *L. 8. C. de H. vel A. V.* non de dominio actionis sed rerum debitarum agit, hoc negatur & creditori & ejus cessionario, non dominium actionis. *vid. Dn. D. Titius dict. observ. 535.* Adfructo itaque vel dominio actionis cessæ vel pleno eius jure licet non statim & immediate cessionarius fiat Dominus ipsius rei actione pendenda, cum multa intercedere possint, quo minus quis eam, quam exigendi jus habet, consequatur & præterea traditione

tione opus sit, tamen mediate dominium obiecti postea impetrari ad eundem & per consequentiam spectabit. Nam qui causæ est dominus, cur eidem denegetur, saltem per consequentiam dominium causati? Aut quomodo ei, cui causæ dominium vel plenum jus denegamus, rei causatæ tribuemus, cum sane in effectu esse nequeat, nisi quod prius fuerit in suâ causâ. Jam si actio cessa iure veri dominiū vel quod perinde est, pleno iure à primo cessionario acquisita fuit, nonne actio à posteriori cessionario putatiue acquisita fuit vera aliena? Quomodo igitur actor, qui aliena agit actione *argum. l. 9. C. de procurat.* potuit dominium rei petitiæ adipisci in præiudicium ejus, ad quem verum actionis pertinuit dominium vel ius plenum? Nonne obstitit huic posteriori Cessionario exceptio deficientis legitimationis ad causam? quæ quantumvis ab ipso debitore ignaro eorum, quæ inter cedentem & cessionarios duos diversos acta sunt, opposita non fuerit, tamen eius omisio supervenienti priori cessionario non nocet, æque uti nec exceptio rei iudicatæ, quam fortasse posterior allegat cessionarius, cum exceptio rei iudicatæ tantummodo inter eosdem litigantes, non alios admittatur. Hinc prævenientis & præoccupantis conditio melior censenda non est, quæ licet in pari causâ admitti possit & iure utrinque æquali *l. 8. ff. de condict. ob turp. caus. l. 9. § 4. ff. de Public. in rem act.* tamen in dispari causâ eam improbari, rationis est. Maxima vero disparitas causæ in præsentiarum est inter cessionarium priorem & posteriorem. Prior enim verus effectivè actionis dominus fuit factus, posterior nullo modo, cum cedens penes se amplius nihil habuerit, quod cedere potuerit & transferre in posteriorem, quod enim quis iam transiit, amplius habere non potest, *B. Dn. Stryk ad. Lauterb. comment. p. 538. verb. manet actio.*

Nec omiffa certioratio debitoris cefsi iuvat cefionario pofteriorem, quippe quaẽ faltem ipfi debitori ceflo prodeft, ne teneatur idem bis folvere. Cefionario autem cœteroquin licuit rem fuam ferius ocys diligentius negligentia tractare, nec eft domino circa res fuas certus diligentiaẽ gradus, quem propria cujusque folertia & ratio definit, noftro iure conftitutus: *l. 25. §. 11. ff. de hereditat. petition.* multo minus neceffitatem denunciandi cefionem eſſe factam, ulla lex cefionario iniungit, licet utilitas ipfa id omnino ſvadeat. Imputet viciffim ſibi cefionario pofterior, quod ſibi non idonee caveri curaverit a cedente, ſi forte nomen vel non verum vel iam alienatum ceſſumve eſſet. Cur non ipſe fuit diligentior, qui tam ſtudioſe cefionario priori exprobat negligentiam, inique ſane propriam negligentiam refert ad iniuriam alienam, uti Antoninus & Verus Impp. ſimili in caſu neglectaẽ ſcil. cautionis, loquuntur *l. 3. pr. in f. ff. de tranſact.* Eodem modo ultimum telum in cervicem pofterioris cefionarii remittitur. Damnum inquit non patitur prior, habet ſalvam, quo iactura refarciat actionem adverſus cedentem ex conventionẽ & dolo obligatum. Utatur ipſe cefionario pofterior hoc conſilio, quod priori oggerit. Reddat priori pecuniam actione aliena exactam & damni remedium a cedentis opibus, qui aliquando ſolvendo non eſt, accerſat. Apparet ergo, quod cefionario pofterior contra priorem nihil iuris habeat nec valide pecuniam a debitore ceſlo exigat, multo minus ſi fortaffe alio ex capite conveniatur ab eiusdem creditoris cefionario priori, qui iam accepit debitum ceſſum, contra eundem compenſare valeat. Hæc quidem ita in utramque partem diſputantur *Dn. tn. Stryk. de Cautel. Contract. §. 8. ſect. 4. c. 2. §. 3.* pofteriorem cefionario, qui denunciavit, priori qui nondum denunciavit, debitori ceſſio-

fionem, præfert, & consentit cum eo *Dn. Schæpffer. de H. vel A. V. n. 20.* quæ sententia non quidem ob deficiens actionis dominium aut plenum ius, sed potius ob culpam cessionarii prioris, quæ magis ipsi negligenti quam tertio innoxio nocere debet, videtur æquior. Levi & facili denunciatione quam exigit *B. Dn. Stryk. l. c.* debitori facta potuisset, hoc damnnum prior avertire nec avertit: ergo non inique ipse hoc luit, nisi denunciare non potuit, aut nisi scientiam debitor dissimulaverit. *Lauterbachius* tamen priorem cessionarium præfert, etiam ante suam denunciationem, imo etiam post secundi cessionarii denunciationem, si in exigendo uterque concurrat. *Lauterb. compend. ff. p. 337. in f. sequ.* cum quo consentit, maxime quoad ius hodiernum *Pagenst. ad Lauterb. Manip. 2. sicil. 159. p. 122.* ubi se fundat in abdicatione iuris, quod venditor transfudit & quod cessio hodie obligationem prioris creditoris novatione tollat: citat etiam suffraganeos *Brunnemannum, Voetium, Schilterum.* Ad stipulantur *Dnn. Scabini Lipsienses* in *Disp. inaug. Dn. D. Hœckneri de literarum Cambialium indossamento bab. Lips. 1707. cap. 2. §. 2. p. 19. seq.* & *Excell. Dn. D. Berger in Elect. Discept. Forens. Tit. XI. p. 402.* verbis: *Es ist zwar an dem ic. vorzuziehen.* In causa cambiali autem Cessionario simplici priori præponit *Facultas Juridica Lipsiensis Indossatarium*, cui cambium simul fuit traditum, posteriorem, si concurrant in exigendo, laudata *Disp. Dn. D. Hœckn. p. 22. seq. verb. und der Werel ic. albereit übergeben.* Res ad hæc ferè principia redit 1.) An penes cedentem aliquid iuris adhuc resideat? Affirmatur respectu debitoris ignorantis: negatur respectu cessionarii, cui omne ius cedere debet, *l. 23. pr. de H. vel A. V.* 2.) An Cessionarius posterior possit ab eodem cedente aliquid iuris in præiudicium prioris

ris acquirere? Negatur cum per rerum naturam fieri nequeat, ut quis transferat in alium, quod ipse amplius non habet. Vid. *Lenz. de act. cess. c. 28. m. 3. n. f. & c. 30. n. 3. & 10.* Contrarium tamen legislator in utilitatem Commerciorum, maxime Cambialium, certo modo constituere potest.

§. 8.

Vidimus casum ab hoc themate alienum; Progre diamur ad eum, qui themati atque scopo nostro convenit. An scil. duorum creditorum Cessionarii ita gaudeant Compensatione, ut eius beneficio posterior, si conveniatur, absolutioriam consequi possit sententiam? Exemplo res fiet clarior: Primus debet secundo bis mille thaleros: totidem & quadringentos amplius hic tertio: Secundus suam actionem contra Primum cedit Quarto: Tertius autem Primo contra Secundum. Jam iudicium movet Quartus ex iure Secundi cesso contra Primum & ex chirographo petit bis mille. Primus opponit Actori Cessionario exceptionem compensationis ex jure Tertii cesso. Replicat Quartus: Cessio mea, ex qua ago, antiquior est sex mensibus: tua totidem posterior; Reumque condemnari postulat. Quæritur, an rejicienda hic sit compensationis exceptio, an admit tenda?

§. 9.

Speciosæ rationes sunt, quæ reiectionem exceptionis compensationis in hoc casu suadere possint, rei que vrgere condemnationem. Nam cessio inter Secundum creditorem & Quartum Cessionarium omnibus numeris iam est absoluta. Creditor ergo omne suum ius abdicavit a se se & totum, quod unquam habuit, in Cessionarium transtulit, id que iam tum ante quatuor pluresve menses. Ex quibus necessario consequitur Secundum pridem desisse esse Primi
Cre-

Creditorem hancque qualitatem suscepisse Quartum. Adeo autem nihil iuris amplius cessione facta, penes cedentem residet, ut si vel maxime ipse a debitore cesso debitum exigere conetur, tamen Cessionarius eidem praeferatur, *L. 55. ff. de Procurat.* aut si inficio cessionario nomen exegerit, ea, quae accepit, restituere teneatur, *L. 23. ff. de H. vel A. V.* Constat ergo non amplius esse hunc sui debitoris Creditorem, cui alius in hoc ipso debito praefertur & cui ipse omne, si acceperit quippiam, reddere cogitur. Quod si itaque post extinctam in Secundo qualitatem Creditoris, & consequenter & iam eatenus qualitatem debitoris in Primo, hic nihilominus postero tempore à Tertio nomen Secundi emat, non ad est mutuum debitum, non adsunt mutui debitores. Quarti enim debitor primus nunc est, non Secundi, qui nec agere valide nec constanter accipere quid amplius potest. Nihil hinc ulterius negotii est Secundo cum Primo, nihil iuris contra ipsum: omnis res, omne ius penes Quartum haeret. hic creditor est *L. 42. §. 1. de oblig. & act.* hic actor, hic exactor, hic liberator erit. Interroga quæso Prime Secundum. Quid debeo Tibi? nihil Secundus, inquit: iam dudum Quarto omne debes. At solvam tibi tamen, dicas: Vir bonus sum, dicit Secundus: bona fide ago: Quarto solve, hic documenta obligationis Tuæ habet, hic liberandi Te facultatem. Et est, qui amplius dubitet; Primum defuisse Secundi esse Debitorem? Nullo modo itaque compensatio contra Secundum, postquam ille abdicavit suum ius omne *L. 23. pr. ff. de H. vel A. V.* potest ex Cessione Tertii posteriori a Primo acquiri: neque enim concurrat mutuum debitum. Nam quamvis Secundus iam incipiat esse debitor primi, tamen Primus non est amplius debitor Secundi, cui dudum vendita actione, successit Quartus. Contra hunc

C est

est conquirenda compensatio, non contra Secundum. Adde, quod compensatio habeatur instar solutionis, *l. 10. ff. de Compensat.* At verò nemo debitorum, si paululum maior debeatur summa, tam intempestivus est, tam inopportunus, quin aliquo vel modico saltem ante ipsam solutionem spatio Creditori denunciaret, se mox oblaturum pecuniam debitam. Cur Primus fictam hanc compensando solutionem celebraturus non paulo ante monuit Creditorem, fore, ut contra ipsum nomen a Tertio emat, & acquirat cessionem? In dolo esse præsumitur, qui clam agit; clandestina cuncta suspecta: Metuit contradictionem, si indicasset. In damnum sui creditoris & odium benefactoris has technas molitus est. Prodesse non debent. Recte igitur & sapienter B. Dn. Swendendorff. ad Eckold. *de Compensat. §. 2. p. 433.* compensatorem, quæ post cessionem a creditore factam supervenit, reiiicit. Verba eius sunt: Quemadmodum procedit compensatio, sive cessionarius sit ex causa onerosa, sive ex lucrativa, sive ante cessionem, sive post cessionem compensatio opponatur, sive debitori cessio sit denunciata sive non, sive pars debiti iam soluta sit, sive non, ita non obtinet, si cessio facta sit antequam debitor cessus acquireret obligationem & creditum, quod compensare intendit; citatque laudatus autor testem Alphonsium de Olea *de Cession. tit. 6. qv. 11. n. 25.*

§. 10.

Rationes pro
posteriori.

Nihilo secius compensationem hoc in casu optimo iure niti vincunt fortiora iuris argumenta. Compensatio enim exceptio realis est, ipsamque causam afficit & ad quemcunque illa causa devolvitur, ei quoque hæc exceptio opponi potest, communisque & indubitata iuris doctrina est, exceptiones peremptorias & reales, quæ obstant cedenti, ob-

obstare etiam cessionario, cum sane cessionarius meliori conditione gaudere nequeat, quam ille ipse, a quo causam habet, *fac. l. 54. ff. de Reg. Jur. c. 79. X. de R. 7. in 6.* Sequeretur enim alioquin, quod quis suo facto citra alterius consensum alterum in duriores statum possit conjicere, quod tamen naturalis æquitas & æqualitas naturalis nequaquam concedit *l. 1. pr. ff. de alienat. iud. mut. caus.* Et sicuti debitor prohibere non potest, quo minus creditor sua iura in alium per cessionem transferat, ita nec creditorem ægrè ferre oportet, si eodem iure debitor utatur, & à creditoris sui Creditoribus ex cessione compensationem contra ipsum atque ipsius Cessionarium acquirat, præsertim cum debitori eo magis hæc in parte favendum sit, quominus sæpè ei pecunia numerata sufficit, adeoque redemptis vario modo alienis iuribus & creditis se liberare a creditore & actore suo laborat, Jura autem liberationibus magnopere favere solent *l. 47. D. de O. & A.* Intellecta vero hæc omnia volumus de debitore compensationem contra creditorem ex jure cesso acquirente, antequam certior fuerit factus creditorem suam actionem jam alii cessione, adeoque illam in bonis suis amplius non habere. Nam si in casu proposito, quod secundus in quartum omnia Jura sua iam transtulerit, Primus resciscat & tamen a Tertio sibi actionem & debitum contra secundum cedi curet, prodesse ei hæc calliditas & hæc compensatio æque minus debet, quam si post cessionem nunciatam creditori suo antiquo solvisset. *L. 3. C. de novat. Dn. Schæpf. de H. & A. V. n. 20.* Uti enim tunc Cessionario nihilo minus tenereturolvere summam causam & conditione solutum a creditore antiquo repetere, ita quoque rejecta compensatione contra ipsum creditorem post compertam cessionem demum comparata, compelleretur debitor Cessionario numeratam

solvere pecuniam, quam cedenti debebat, relicta ei facultate iusta actione persequendi sua iura ex secula cessione competentia contra ipsum creditorem. •Uti enim leges debitorum adiutum & liberatum cupiunt, ita id sine dolo malo, & studiosa alterius læsione fieri cupiunt. Civium dolos nulla lex, nullus legislator fovet. Sub hac limitatione scientiam debitoris excludente consentit Lauterbach. *ff. de Compensat. p. 272.* hisce verbis: si cedens post cessionem factam debitori obligetur, compensatio tunc demum cessionario nocet, si debitori cessio facta nondum denunciata, arg. L. 3. C. de Novat.

§. II.

Refutatio rationum pro priori.

Ad contraria non difficulter, his præsuppositis principiis, poterit responderi. Negatur enim, quod sola cessio inter creditorem cedentem & Cessionarium, etiam omnibus numeris absoluta, afficiat ullo modo debitorem in seium. Cedens quidem & Cessionarius sibi invicem inde obstricti sunt; sed quoad debitorem cessum, eumque huius rei ignorantem, cessio pro nondum facta merito habetur. Ea enim, quæ ignoro, mihi nequaquam imputantur, nullumque civilem producunt contra me effectum, vel ut solenne axioma habet: acta inter alios aliis non præiudicant *l. 10. de iur. iur.* Hinc debitor ante nunciatam sibi cessionem solvere potest efficaciter Creditori, & liberationem hac solutione consequi plenissimam *L. 3. C. de Novat. l. 23. §. 1. ff. de H. vel A. P. l. fin. ff. de transact.* Quam sententiam ex naturali ratione profluentem ipsæ etiam leges civiles diserte probarunt. Itaque debitor manet etiamnum post cessionem, quamdiu illam ignorat, morali æstimatione creditoris cedentis debitor, & si aliquod ius petendi contra illum vicissim acquirat, mutui debitorum, utique censendi veniunt, nec interest ex persona propria

pria an aliena illud reciprocum creditum debitor adipiscatur. Sed debitor monere debebat creditorem, se cessionem cum ipfius creditore esse celebraturum? Neutiquam: hæc necessitas nulla lege neque naturali neque civili debitori iniungitur. Res licita est cessio: res libera. Nemini indicare quis tenetur, quod suo iure, sua libertate sit usurus. Propalare rerum suarum consilia obligatur nemo: nec hæc nocet cuiquam clandestinitas: secus est, si quis clam alienam possessionem, alienam rem invadat. B. Svendendörfferus, si penitius inspiciatur, contrarius nostræ opinioni non est: Nam ea, quæ ab ipso præmissa sunt, subiungi tam latam ampliationem desiderabant & nihilominus opinio nostra salva esse potest. Inquit enim Dn. Svendendörfferus, compensationem cessionario posse opponi, sive debitori cesso cessio sit denunciata, sive non: Hæc enim valde lata ampliatio necessario erat limitanda & ad eum saltem casum restringenda, vbi cessio facta sit post acquisitam à debitore contra creditorem obligationem sive creditum, quod compensare intendit: secus si cessio facta sit ante istam obligationem acquisitam. Mens ergo B. Dn. Svendendörfferi hæc est; si causa existat compensationis v. g. si obligetur creditor ex emitō ad pretium debitori, qui forte ex mutuo creditori tenetur, solvendum, & deinde actionem suam mutui cedat, tunc cessionario ob stare exceptionem compensationis, sive cessio ante litem motam sit denunciata debitori, sive non: nam actio mutui cessa transit cum onere scil. exceptione, compensationis iam tum nata. Aliud est, si denunciata non sit cessio & postea acquiratur causa compensationis: de hoc casu laudatissimus JCtus non loquitur: Ergo nec ad ejus Decisionem trahendus.

CAPUT II.

Praxin Quæstionis sistit.

§. 1.

Theoriam hius thematis vidimus & asseruimus. Jam praxin eiusdem lustrabimus, & formalia Processus breviter proponemus. Quantumvis enim illa ex principiis theoreticis homini non plane elingui facile fluant, multum tamen lucis ipsi rei affundunt, & præterea ansam vnam alteramque observationem suggerunt meditando. Quamobrem libellum Cessionarii prioris, quem Quartum nominare libuit, hisce circiter verbis, exhibere liceat.

Kläger

Quartus: Primum Bessl.

Formula libelli actionis ex iure cesso.

Saget zu Anbringung seiner Klage / was massen Bessl. Primus dem Secundo 2000. Rthl. Vermöge beygehender Obligation sub A. de dato d. 20. Aug. 1698. schuldig worden. Wenn denn ermeldter Secundus klagedem Quarto diese 2000. Rth. cum omni iure & actione tam directa quam utili laut Documents sub B. de dato d. 3. Jan. 1704. cediret / Bessl. hingegen Klägern des gütlichen Ermahnens ohngeachtet / die Zahlung bishero geweigert: Als ist Kläger zu klagen bewogen; Fordert demnach von Bessl. Recognition der Obligation sub A. und Cession sub B. und bittet nach deren Erfolg zu erkennen und auszusprechen / das Bessl. Klägern die libellirten 2000. Rthl. cum Interesse mora und allen verursachten Schaden und Unkosten bey Vermeydung der Hülffe zu erstatten schuldig / Desuper nobile Dni. Judicis officium modestissime implorando.

§. 2.

Beflagter Primus

contra

contra

Quartum Klägern/

Ersehlet/welchergestalt Kläger ex iure cesso des Secundi eine Exceptionis
compensatio-
n's formula. ziemliche hohe Schuld Klage wieder Beflagten erheben wol-
len. Nachdem aber Beflagter bey Klägers Cedersten eine
viel größere Post von 2400. Rthl. capital ex iure cesso Tertii
zu fordern berechtiget/ Als will er zwar die Documenta sub A.
& B. davor/ wovor sie von Klägern ausgegeben werden/ reco-
gnosciret haben/opponiret aber alsofort Exceptionem com-
pensationis: allermaßen aus beykommendem Document sub
N. 1. zu ersehen/das Secundus Tertio mit 2400. Ethl. auf ei-
nen Werel/Brieff sub dato Ofterm. 1703. so Neujahrm.
1704. gefällig gewesen/ verhasstet sey/ welchen Tertius auf
Beflagten Primum sub. N. 2. indosiret sub dato den 4.
May 1704. Zu dem Ende Beflagter von unbefugten Kläger
Recognition des Werels sub N. 1. und Indossements sub N.
2. erwartet/ mit Bitte/Beflagten von der ungegründeten Klage
refusis expensis, zu absolviren

mit Vorbehalt.

S. 3.

Kläger

Acceptiret die beschehene Recognition derer dießseits produ- Replica A-
toris de ces-
sione anti-
quiori. cirten Documenten/ kan aber nicht absehen/ wie Beflagter
durch die vermeynte Compensation eine Sententiam absolu-
toriam erlangen möge/ in mehrern Betracht Kläger des Pri-
mi Obligation albereit am 3. Jan. 1704. per Cessionem acqui-
rirt/dargegen Beflagter des Secundi Verschreibung allererst
den 4. May desselben Jahres/ und solchergestalt etliche Mo-
nath später vom Tertio sich cediren lassen/ dieweil nun
Mense Majo Secundus nicht mehr des Primi Creditor
gewesen/ sondern das ganze Creditum in Klägers Händen
ex

ex iure cesso gestanden/ Kläger hingegen dem Tertio keinen Groschen jemahls auf den gerühmten Wechselbrief sub N. 1. schuldig worden/ als kan auch daher Klägern keine Compensation opponiret werden. Denn wo keine mutui debitores sind/ findet die Exceptio compensationis nicht statt. Kläger ist demnach baarer Bezahlung gewärtig/ und will nur eventualiter, wosfern quod tamen constantissime negatur, die Exceptio Compensationis bey diesen Umständen zulässig seyn solte/ das Document sub No. 1. von Secundi an Tertium auff 2400. Rthl. hoch sub dato Osterm. 1703. ausgestellt und Neu-Jahrm. 1704. gefällig gewesenem Wechsel-Brieff/ das Product sub N. 2. aber vor Tertii an Primum gerichtetes Indossement sub dato den 3 May 1704. recognosciret/ ex superioribus deductis aber exceptionem non fundatam intentionis opponiret/ und per sententiam: dieweil Befl. die Documente sub A. und B. zur Nothdurfft recognosciret/ so ist er seines beschehenen Vorwendens ohngeachtet Klägern das libellirte Capital samt Interesse und Unkosten binnen Sächf. Frist bey Vermeydung der Hülffe zu bezahlen schuldig/ und hatt die vorgeschüzte Exceptio compensationis gestalten Sachen nach nicht statt: zu erkennen gebethen/ Hiernechst auch die Circumstantiam temporis bey diesen beyderseitigen Cessionen und/ das Klägers Cession tempore prior sey/ nochmahls gebührend erinnert haben.

S. 4.
Beflagter

Duplica rei
de certiora-
tione defi-
ciente.

Findet keine Exceptionem compensationis schlecht abgelehnet/ ersiehet vielmehr/ das Kläger selbst mit seiner Replica non fundatam intentionis sich nicht gerecht genug geachtet/ dahero er den Wechsel und dessen Indossement, quod sollemnissime acceptatur, billig recognosciret/ anerwogen die Circumstantiam tem-

temporis prioritatis auf Seiten Klägers in keine Consideration zu ziehen / noch daher / ob wäre M. Maj. 1704. Secundus nicht mehr des Befl. Creditor und folglich kein mutuum debitum vorhanden gewesen / zu inferiren / alldiweil die Jura klahre maasse geben / daß der Creditor auch post cessionem Creditor bleibe / und die Zahlung von dem Debitore cesso annehmen und selbigen beständigst quittiren könne / so lange der Debitor von der beschehenen Cession nichts weiß: Kläger mag sich selbst beymessen / daß da er ganzer vier Monath lang die Cession schon gehabt haben will / dennoch hiervon Beflagten nicht das geringste wissen lassen / daher Beflagter wohl zu entschuldigen / wenn er in guter Meynung / daß Secundus armoch sein Creditor sey / wider denselben zuläßliche modos liberandi, darunter Compensatio ex iure cesso auch gehbret / aufzutreiben gesucht / und / weil die Compensatio solutioni aequiparret wird / so kan anders nicht folgen / als daß Beflagter durch diese vor notificirter Cession wieder Secundum erlangte Compensatio absolviret werden müsse / wie denn also zu erkennen gebethen wird.

§. 5.

Sententia Definitiva.

Diweil Beflagter die producirten Documenta sub A. und B. recognosciret / so ist er Klägern das libellirte Capital samt dem Interesse mora binnen Sächß. Frist bey Vermeydung der Hülffe zu bezahlen schuldig / er könnte und wolte denn / daß er zu der Zeit / wie er d. 4. Maj. 1704. des Secundi Werelbrief sub N. 1. und 2. vom Tertio auf sich indosciren lassen / von Klägers Cession sub B. noch nichts gewust / vermittelst Eydes erhalten / damit würde er billig zugelassen / und solchen Falls von der Klage absolviret und losgezehlet / inmassen wir Ihn also dann hiermit davon entbinden und loszehlen. Die aufgewand-

Sententia definitiva sub limitatione conditionali.

D

ten

ten Unkosten aber werden / aus bewegenden Ursachen /
gegen einander billig compensiret und auffgehoben / B.
K. W.

§. 6.

Breviter ita totius processus summa fuit delineata, sed non ita breviter ipsa tractata in actis iudicialibus, quæ hic cum omnibus ambagibus forensibus recensere nihil attinet. Observationes potius quasdam occasione huius Processus notandas subiicere liceat. *Observat. I.*) quod Cessionarius duplici modo agere possit contra debitorem cessum vel ex mandato, vel ex iure cesso. Cautus Advocatus alterutro modo utetur utiliter pro diversitate casuum. Si actio non sit cessibilis, aut ipsa actio quidem cedi queat, adhæreant vero ipsi iura & privilegia personalia, quæ in cessionarium transferri nequeunt, aut de quorum translatione dubitatur, tunc expedit cessionem tacere, & producto mandato (quem in finem chartam Blancam unam alteramve principio statim exigas) Cedentis agere nomine, veluti si cui cedatur actio dotis, cui privilegium prælationis personale iunctum *l. 12. §. 2. C. qu. pot. in pign. §. 29. Inst. de Act. Excell. Dn. D. Berger ad Lauterb. de H. & A. V. p. 341. Excell. Dn. D. Tir. ad Lauterb. Observ. 537. p. 355. B. D. Stryk. ad Lauterb. p. 334.* verb. actione directa. Hæc tamen cautela, si technas olfaciat debitor cessus, iuramenti delatione facile resolvî poterit. Tentanda erit via etiam alia, v. gr. contractus aliquis principalis, mutui, cambii aliusque celebrandus, & in securitatem debiti assignanda est actio aut nomen, cuius exactio creditori mandanda sub clausula mandati irrevocabilis, & quod tunc demum mandatario pecunia acquiri debeat, si fuerit exacta: ita enim hætenus merus erit mandatarius: post exactionem vero mandatarius fit dominus pecuniæ & eius creditor vigore pacti ab obligatione mutui vel cambii liberatur. E contra si actio sit cessibilis, tum quoad obligationem principalem
tum

tum quoad iura annexa, consultius est agere & proprio nomine & legitimare suam personam per Instrumentum Cessionis.

§. 7.

Ut vero exceptio realis aut in rem scripta post cessionem ^{Observ. 2.} nata nocere nequeat cessionario, omnino prævia denunciatio cessio debitori fieri debet. Neque enim solida differentia ratio hunc quoad effectum inter exceptionem sua natura realem & in rem scriptam dari potest. Manebit ergo idem quoad utramque exceptionem effectus & regula, quæcunque exceptiones creditori cedenti ante cessionem denunciatam obstant, eadem quoque obstant eius cessionario, quia licite ignorata pro nondum factis quoad imputationem moralem ratione ignorantis habentur. Matura ergo denuntiatio cessionis facta, per testes expedita cautela est. Exceptiones personales ante cessionem vel post eam natae an noceant cessionario, res controversa est, *Lauterb. de Comp. p. 330. lin. 2. seq. Dn. D. Tit. ad Lauterbach. Observ. 532.* sed cum compensatio realis sit exceptio, hæc controversia proxime huc non spectat.

§. 8.

Obstat autem exceptio compensationis Cessionario, sive ^{Observ. 3.} directa actione agat sive utili. *Dn. D. Berger ad Lauterb. de Compensat. p. 251.* Utilis autem actio hoc loco dicitur, quando cessionarius saltem allegat emtionem nominis, & in suam propriam personam concludit, se e.g. rei creditorem esse, & reum teneri ipsi actori restituere: huius enim actionis utilis dominus qualis est: in directâ autem quoad iuris subtilitatem pro cedentis procuratore habetur, & totum processum ex eius personâ in libello concludens in personam cedentis, e.g. reum illi, non actori obligatum esse, ex causâ verò cessionis sibi factâ, se petere, reum condemnari, ut sibi solvat actori, format, *Disp. sub pres. D. Friesen Jenæ An. 1706. de act. dir. util. ac contrar. habitæ, Cap. 1. ib. 15. p. 23.* licet effectu sit dominus

D 2

l. f.

l. f. C. de hered. vel act. vend. & inde in l. 9. C. de procurat. negatur quod alienum negotium agat, qui ita mandatas actiones, tanquam procurator in rem suam exercet: cum omnis utilitas sit ipsius mandatarii. Ante Cessionem factam ex Rescripto D. Pii exercet emtor actiones utiles. *l. 5. 7. 8. & ult. C. de H. vel A. V.* proprio nomine *l. c. Struv. Exercit. 23. Thes. 79.* anterioribus autem temporibus solum venditorem habebat obligatum ad cedendum. *Schrag ad ff. de H. vel A. V. §. 4. Dn. D. Berger ad Lauterb. de H. vel A. V. p. 342. verb. cedere.* Cessione autem facta, transire actio directa in cessionarium dicitur, eique quasi demandatur, a cedente, quam cessionarius instituit & exercet tanquam procurator in rem suam. *l. 23. ff. de H. vel A. V. Struv. Exerc. 23. Thes. 29. princ.* Cedere ergo & mandare actionem pro Synonymis habet *Lauterbach. l. c. p. 328. inf.* sed *Schrag. l. c.* distinguit hæc tria: vendere actionem cedere & mandare. Consentit *Lenz. d. act. cess. c. 4. m. 7.* Qui vendit, se obligat ad cedendum, præstandum & transferendum actiones: cui cessæ sunt, ille habet saltem utiles actiones, cum directæ osibus creditorum censeantur inhære. *Eck. §. 5. de H. vel A. V.* cui vero mandatæ sunt, ille actiones directas nomine creditoris exercet, ut alius mandatarius, exacta vero non mandanti creditori restituit, sed sibi retinet, cum sit procurator in rem suam: Formula Libelli §. I. præf. cap. propositi secundum Schragium foret utilis actio, secundum Lauterbachium & D. Griesen in *Disp. dict. l. c.* directa. Quoad praxin Actio vendita & cessa effectu conveniunt. Nam si probare quis possit emtionem actionis, licet verba cessionis & translativa in instrumento non occurrant, tamen iam inde a D. Pii Temporibus conceditur ei agere contra debitorem, & actione hac tanquam sua & legitime acquisita uti. e. g. si producat chirographum Mævii; Quod actionem ad mille thaleros ex societate contra Sempronium mihi competentem.

Cajo

Cajo pro octingentis vendiderim, his literis confiteor: poterit Cajus omnino debitum à Sempronio exigere. Sufficit enim, quod Cajus probet titulum possessionis documentorum & actionis, licet cessio facta non sit, *Dn. Schæpffer de Hæc. A.V. n. 16.* Sed si, mandata actione nomine Creditoris pristini experiatur in foro, nihil de emtione, nihil de Cessione actionis iuxta §. 6. dicendum, sed instar alterius mandatarii ex mandato agit, cum forte propalare cessionem nolit *Dn. D. Tit. ad Lauterb. Observ. 533. p. 353.* At omnes ita exceptiones, etiam supervenientes, ex persona Creditoris & mandantis admittere tenetur. Cateroquin si per mandatam actionem non intelligas eam, quam quis sine mentione, ut diximus, emtionis & cessionis, ex mandatu Creditoris singulari instituit, sed velis per mandatum actionem significare cessam, eamque soli emtæ actioni opponere, cum ita vna nihilominus eademque sit actio, sive emtam eam saltem sive etiam simul cessam dicas, non video, cur cessionarius melioris in priori casu conditionis esse debeat, quam in posteriori, ac si nimirum priori casu proprio nomine actionem utilem, posteriori casu actionem directam exerceret, & ibi exceptionem compensationis, ut *Carpz. Lib. 3. Decis. 255. n. 18.* sentit, excluderet, hic admittere tenetur. Et habet sane illa distinctio actionum directarum & vtilium non quidem nullum, rariorem tamen usum, & quoad effectum ferè conveniunt, *l. 47. §. 1. D. de negot. gest.* Conferatur *Dn. D. Titius d. Obser. 533.*

§. 9.

Exceptionem peremptoriam e.g. compensationem in processu executivo ante recognitionem factam nolunt admittere. *Observ. 4.* Quamvis enim recognitio in Processu Executivo sit loco litis contestationis in ordinario necessaria *B. Dn. Svendendörf. ad Fibig. p. 106.* & quæ de hac prædicantur in ordinario, videantur etiam prædicanda de recognitione in Executivo, adeoque ficti exceptiones peremptorias in continenti liquidas ante li-

D 3

tem

tem contestatam opponere reo permissum, ita easdem quoq;
ante recognitionem esse permittendas, vero simile sit, tamen
comparatio hæc non procedit absolute. *Dn. Svendendorff. l. c.*
p. 107. & inde Dni. Scabini Lipsienses sub publ. d. 1. Jul. 1706. in
Act. F. B. C. beredum D. J. F. S. hanc licentiam reo non con-
cesserunt, sed iniungebant prius recognitionem reo, & dein-
ceps ei subnectere exceptionem suam compensationis hisce
verbis iuebant: daß Beflagter seines Vorwendens unge-
achtet nach anderweit vorgehender Ladung auf die erhobene
Klage sich einzulassen/u. die sub A.B.C.D.E.F. producirte Do-
cumente zu recognosciren schuldig/ es bleibet ihm aber nach
beschehener Recognition die vorgeschützte Exception zerstück-
licher Weise einzubringen unbenommen. Ratio eius rei for-
tasse fuit, quod libertas opponendi exceptionem ante litem
contestatam litis abbreviandæ causâ concedatur, cum alias
longæ moræ ad reprobationem vsque intercessuræ essent;
frustraneis vtrunque sumtibus faciendis. At verò in Processu
executivo hæc ratio cessat. Nihil enim longius aut tardius e-
rit iudicium, si reus eodem die recognoscat actoris documen-
tum & eodem etiam die exceptionem compensationis oppo-
nat, producto vicissim ad recognoscendum statim documen-
to, quo pacto vna sententia & super actoris actione & Rei ex-
ceptione definitive pronunciari atque lis tota decidi poterit,
id quod in processu ordinario longe aliter se habet. Et quam-
vis *Ref. Gravam. de caus. Iust. §. 2. & 3. itemq. Dec. El. 2.* Exce-
ptiones in processu Executivo ante Terminum intra tres Se-
ptimanas à die insinuatæ citationis in scriptis cum exhibitio-
ne Documentorum opponi jubeantur, tamen, quod & docu-
menta exceptionum ante documenta actionis recognosci de-
beant, ibidem non constituitur.

§. 10.

Observ. 5.

Indossementum rectè vocari Cessionem absque indos-
fata-

fatarii præiudicio & esse speciem quidem cessionis notari mereatur, sed sequi naturam obligationis cambialis & principalis. Hinc sicuti cambium sine speciali causa debendi ob solum vocabulum *Wexel*, efficaciter stringit, ita etiam indossementum valet, licet ut in aliis vulgaribus cessionibus requiritur, causa debendi aut titulus vel Valuta non exprimatur. Accessoria enim sequuntur naturam & iura rei principalis, cui accedunt. Hinc licet actor requisita cessionis cessioni cambii dorso eiusdem inscriptæ deesse in Actis F. B. C. hæredum contra D. J. F. S. contenderet, tolerata tamen huc usque fuit tanquam indossementum seu cessio cambialis, quæ a vulgari multum differt.

§. II.

Juramentum non quidem iudiciale, bene tamen necessarium habet locum in processu Executivo. Presenti in casu iuramentum super cessionis prioris ignorantia, quæ vix alio modo probari potest *Carpzov. p. 1. c. 22. d. 6.* iniunctum fuit debitori, nec illa exceptio ad Reconvensionem reiecta. Ad iudicis enim officium pertinet lites abbreviare & minuere non multiplicare & augere. Pariter Actoris replica iuramento suppletorio asseri poterit, cum actor replicando fiat reus, & quod iuris est in purgatorio quoad rei exceptiones, id etiam merito iuris sit in suppletorio quoad actoris replicationem. Secus est si reus pure iurata diffeffione cieret documentum, tunc pure est absolvendus in Saxonia, nec actor ad Processum ordinarium aut probationem aliquam contrariam admittitur. *Illustr. Dn. Rivinus Tit. 25. Enumc. 27. p. 989. seq.*

Observ. 6.

§. 12.

Apparet ex iuramento super ignorantia cessionis Reo iniuncto, quod omne momentum decidendæ huius quæstionis, an cessionarius posterior, qui a creditoris creditore causam habet, cessionario priori creditoris possit valide opponere

Observ. 7.

re ex iure cesso compensationem, vertatur, citra Cessionarii denunciationem, quam urget *Lenz. de act. cess. cap. 30. membr. 2. n. 21. seq.* in scientia vel ignorantia debitoris, adeoque in principiis actionum moralium naturalibus, quibus defraudatio cessionarii cuiuscunque excluditur. Studium ergo iuris naturalis & moralium præceptorum maximopere cultori iuris civilis commendatum esse debet, quo nomine *Puffendorffius in Præfat. de offic. Hom. & Civ. §. 3.* recte principia iuris naturalis collaudat. Et illud fortasse est, quod iura Romana æquitatem tantopere semper inculcent, & iuri stricto præferendam esse contendunt. *L. 8 C. de iudic.* iusque in facto & causa i. e. in principiis actionum humanarum moralibus earumque circumstantiis, quæ factum totum constituunt, esse positum affirmant. *L. 52. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.* Cautela Creditoris ab initio est, vt formulæ obligationis inserat renunciationem compensationis ex causa præterita & futura, iureque proprio vel cesso. Ita de ignorantia & notificatione non occurret causa disputandi.

§. 13.

- Observ. 8. Quoad Judicis officium, sententiæ conditionali est adiuncta simul absolutoria, si reus conditioni satisfecerit, Ita enim ulteriori sententia opus non est, & tum temporis tum pecuniæ litigantium parcutur. Utrique providere boni iudicis est.

§. 14.

- Observ. 9. Denique expedit reipublicæ, ea quæ ex æquitate a partibus in utramque partem disputantur, ad ius certum & constitutum redigi, ut subditi normam præscriptam securius sequantur, id quod ad Legislatoriæ potestatis officium spectat. Ita legislator cessionem quoad cessionarium posteriorem, sine traditione documentorum, nullam potest declarare, itemque eam, quæ sine de nunciatione fit. Hoc enim si ita iure promulgato antehac fuisset constitutum nec super casu *§. 5. cap. i. huj. Disp. nec §. 8. disp. eiusd.* proluxa & sumtuosa lite partes disceptasent: sicuti, quod compensatio contra cambii cessionarium locum non habeat sapientissime a Potentissimo Poloniarum Rege eoque Electore Saxone, fuit An. 1699. sancitum. Paucula hæc interim observata sufficiat, sitque ita exiguo huic Specimini Academico finis,

Deo autem T. O. M. Gloria!

ULB Halle
003 913 04X


3



Slo







Q. D. B. V. 1770, 1792
DISPUTATIONEM JURIDICAM
THEORETICO-PRACTICAM
DE
COMPENSATIONE
CESSIONARII POSTE-
RIORIS CUM PRIORI,
PRÆSCITU SUPERIORUM
SUB PRÆSIDIO
DOMINI
CHRISTOPH. SCHREITERI,
J. U. D. FACULTATIS JURIDICÆ
ASSESSORIS, ACADEMIÆ SYNDICI ET PP.
LONGE MERITISSIMI, &c.
PATRONI ET FAUTORIS SUI
HONORATISSIMI,
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTET
d. XIII. NOV. MDCCX.
BERNHARDUS KLEPPERBEIN,
ADVOC. IMMATIC.

L I P S I Æ,
LITERIS IMMANUELIS TITIL.

7

19.